



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

XI. De Contracta Cvrata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

offerret, & muto prius ore Missam, à Sacerdote deponeret celebrari, oculoq; recepto lætissime remearit ad propria cum amicis.

DE CONTRACTA CV-

rata.

XI.

SED cum gratias etiam postmodum Domino redditura, sepulchrum Sancti frequentius visitaret, puella quædam allata est, cuius manus contracta erat omnino. Quam manum cum mulier ante dicta tumulo confessoris imposuisset, astantibus fratribus & orantibus pro eadem puella, clamans, OCH, integra sanitate recepta, in momento in ictu oculi manum ante contractam extendens, ouum quod casu in tumba iacebat, puerili more attraxit, iocunditatem & exultationem risumq; excutiens vniuersis.

DE QVODAM PVERO

curato.

XII.

ALIVS quidam puer, carne scæda in inferiori palpebra succrescente, turpem faciem præferbat. Quam carnem cum medici & chirurgici dicerent resecandam, amici maius periculum metuentes, consilio saniori, Deo & seruo eius deferendum puerum sponponderunt. cumq; mane iter arripere surrexissent, misericordia præuenerat iã fideles, carnemq; abstractam penitus inuenerunt; in patrata rei signum, sanguinea tantum macula remanente. Qui beneficio Domini nõ ingrati, votum deuotè soluentes ad tumbam sancti puerum adduxerunt, narrantes laudes Domini & virtutes eius fratribus vniuersis.

DB